



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXV. Quomodo Episcopus transitis insidiis Iulinam venerit, & ipsam de apostasia correxerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

arma arripiunt, funambulos tenent, nauigantes inuadunt, sanguinem Episcopi super omnia sitientes.

At verò Stetineses, & nostri, qui cum Episcopo erant, arma capiunt, ex rate profiliunt, partim terra, partim aqua consistunt, vim viribus audacter arcentes. Cumque aliquandiu pugnatum esset; hi, qui de infidiis erant, à Stetinesibus ceperunt agnosci, & confusi de malefacto, fugerunt. At sacerdos, qui hæc machinatus fuerat, eadem horâ domi cum amicis suis residens, paralyti, & vehementissimo languore vexari cepit, suis, vt arbitror Diis eum laniantibus: cumque ore, oculis ac tota facie distortam frontem ad scapulas verteret, & miserabili corporis agitatione in mortem solueretur, exclamauit: *hæc patior, propter insidias & mala quæ contra Ottonem feci.* In hac voce vitam finiuit. Tantus autem fætor secutus est, vt Pluto ipse infernalis, vel quisquis illic maximus est, ab huius faucibus spirare putaretur.

Stetineses & alij pro Episcopo arma capiunt.

Miserabilis interitus sacrificii.

Item alius quidam de sacerdotibus Ottoni contrarius, cum ad negotia sua cum institoribus fortè nauigaret, & in Insula quadâ nauæ, vt assolent, ad suas commoditates applicuissent, iste alienata mète, nec vultu nec voce sanum quid agens, à comitibus notatus est: cumque seorsim ab aliis in sylua, veluti per amentiam, vagatur, iuuenes quidam, quasi per lasciuiam, secuti delirum, fune per guttur ad arborem ligant & discedunt. Ille verò incautis nexibus, vinculorum impatiens, se soluere luctabatur: sed diuino iudicio constrictus per funem, qui collo iniectus erat, intercluso anhelitu, mortuus est.

Alius eiusdem sortis strangulatur.

Quomodo Episcopus transitis insidiis Iulinam venerit, & ipsam de apostasia correxerit.

CAPVT XXV.



Episcopus autem, Dei protectus auxilio, cum Iulinam venisset, nihil ibi aduersitatis inuenit. Omnes, eius redargutiones de apostasia, seu de aliis

Sefridus. Iulinenses agnoscunt peccata sua.

u

ex.

Quas Ecclesia
S. Otho recon-
stituit.

excessibus, patienter ferebant; indigna & mala opera sua dignis emendationibus ad eius doctrinam expurgare & corrigere parati. Ille verò per manus impositionem, & sacri verbi exhortationem sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ omnes reformauit, baptizatis pueris, & quoscumque sacramenti huius expectes inuenit. Sicut enim exemplo Stetinensium pridem à fide recesserant, ita denuo conuersis illis facillè conuertebantur. Illos enim per omnia imitari quasi pro sententiâ eis fuit.

De illuminata ibi cæca muliere.

CAPVT XXVI.

Sefridus.
Edi. Canis.
cap. 23.



Vm autem sacris operibus illic instaret Episcopus, mulier quædam in rure posita, nescio, quo euentu, subita cæcitate percussa est. Audiens autem Anrhistem adhuc esse in ciuitate, duci se illò iubet, & veniens corruit ante pedes eius, auxilium petens super clade sua. Signum autem aris ante fores pendebat Ecclesiæ, quod simplices, cum intrabant oraturi, quasi ad excitandum sanctos, pulsare consueuerant. Episcopus ergò dum ad succurrendum, à muliere crebrò inuocaretur; *Vade, ait, mater, vade ad Ecclesiam, quassa campanam, excita S. Adalbertum, vt te adiuuet.* Abiit illa, Deum & S. Adalbertum inuocans, arreptoque fune, non priùs à pulsatione signi cessauit, quàm lumen oculorum reciperet. Videntes autem ciues gratias agunt Domino super gratia huiuscemodi, & magis in fide Catholica roborati sunt.

Not. a mirabili-
sem moros.]

Mulier cæca
Sisam recipit.

S. Otho amoret
abs se gloriam
patris mira-
culi.

Sed dum hoc factum Episcopi meritis adscribere vellent, prohibuit eos dicens: *non me miraculorum factorem, sed peccatorem sciatu, Potius hoc beati Martyris Adalberti meritù adscribendum certissime noueritis. Num obliti estis, quomodo priorì anno, cum tota ciuitas ista incendio vastaretur, hanc adiculam suam beatus Martyr in mediis flammis positam liberauit? Sed moneo, vt illius calamitatis memoretis.*